



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

IX. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Audomarus Episcopus Morienfis recepto per miraculum oculorum lumine, cæcus iterum fieri petiit, si fortè oculi animæ obessent incolumitati. Egregium Deiparæ templum posuit, ubi tumulari post mortem voluit, quam post plura raræ sanctitatis exempla & prodigia felicem habuit, visi sunt Angeli ei Duces ad cœlum fuisse. *Nad. in an. Cœl.* Histalis cæcus Ducibus qui erret?

S. Audomare ora pro me Deiparam, quæ mihi utroque oculorum meorum lumine charior est, ut ita oculis, sensibusque reliquis omnibus tam externis, quàm internis utar, ne me serò pœniteat tunc, cùm in morte oculos clausero. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii tui sanguinem, per Immaculatam &c.
fol. 190.

Ad quod impetrandum: 35. Ave Maria inchoata, continuabo.

Quid mirum, quod præ aliis est dilecta, quæ præ aliis est delecta. *S. Bonav. in spec.*

Quæstio: An B. V. in Matris utero ratione donata fuerit? X. S. E.